



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Decimumseptimum. De Monacho quodam Eberbacensi paralytico  
sanato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

etiam tempore Monasterium Montanum obtiner.

**A** Hæc quæ ex manuscrip. subiicio, minime omittenda erant, sed in epitomen Surii merito venire debuerant: ait autem manuscrip. *Gratias ago Deo & B. ENGELBERTO, quia bene video tam vos quàm ea quæ in domo sunt, nec non & flumiù qui fluit ante Gangriam, volens experiri frater si verum diceret, ait: quid est quod pendet in pertica? respondit, Manutergium. Et verum fuit, & redijt videns & glorificans Deum & S. ENGELBERTVM.*

**B** **Caput Decimumseptimum.**

*De Monacho quodam Eberbacensi paralytico sanato.*

**E**ODEM tempore Monachus quidam Eberbacensis ad partes inferiores missus, in itinere antequam veniret Coloniam, membris omnibus adeò paralyti cœpit diuexari, vt difficulter ad veteris Montis monasterium posset perducì. Ibi in valetudinario manenti occurrerunt miracula noui martyris ENGELBERTI. Vouet igitur se, si morbus abscedat, Missam defunctorum dicturum. Mox sentit remissiùs, & totus reualefcit.

Paralyticus  
curatur.

**Notatio ad Caput Decimumseptimum.**

§. Ibi in valetudinario.

**I**N manuscrip. dicitur: Frater iste ad eam impotentiam deuenit, vt depositus in infirmatorio cum se erigere, vel in aliud latus vertere non posset, membrorum officio destitutus, suspensi in trabe funiculi ad miniculo vti debuerit.

§. Reualefcit.

In manuscrip. illa adduntur: *Qui Deo gratias agens & Creatori suo, S. ENGELBERTO cum ad claustrum suum rediret, & Tuitii cum magistro Ioanne eiusdem loci Abbate pranderet: hæc qua dicta sunt me audiente presentibus narrauit, duos predictos conuersos*

Ioannes  
Sanctensis  
Abbas  
Tuitiensis.  
lib. 3. vita S.  
Engelberti  
c. 5. pag. 198.  
qui